

Decreto de erección del Colegio Romano de Santa María; 12- XII-1953.

“El itinerario jurídico del Opus Dei. Historia y defensa de un carisma”. Libro escrito por A. de Fuenmayor, V. Gómez-Iglesias y J. L. Illanes

31/01/2012

RHF, D-15098.

**Opus Dei Cum formationem
Sodalium Sectionis Mulierum Operis**

Dei semper corde habeamus,
cumque magna Nobis sit cura, ut
omnia ipsis praebeantur subsidia,
quae arctiorem earum unionem cum
Deo fovere valeant easque magis in
dies paratas efficiant ad gentes
universas continua et supernaturali
apostolica actione Deo lucrandas,
apta doctrina ad omniumque aures
quam maxime accommodata vias
Domini in laetitia docentes, audito et
consentiente Assessoratu Centrali,
Collegium ex omni natione in Urbe,
Catholicae Ecclesiae centro atque
capite, quae et sedes exstat Beati
Petri, Christi Vicarii, eiusque
Successorum, constituere
decrevimus, quod Collegium ad
Apostolorum limina consistens
peculiare esset pro Operे Dei
instrumentum unitatis et
cohaesionis.

Quapropter, re mature perpensa,
Christo, Dei Filio et Salvatore nostro,
suppliciter fidenterque invocato,

praesidio Beatissimae semper
Virginis Mariae, Operis Dei Reginae,
Matris Dei et Matris nostrae tota re
commendata, atque intercessione
confisi Sanctorum Archangelorum
Michaélis, Gabrielis et Raphadlis,
Sanctorum Apostolorum Petri, Pauli
et Ioannis et omnium Angelorum
Custodum, hoc Nostro decreto
Collegium Romanum ex omni
natione Operis Dei, quoad omnes
effectus, qui ex Nobis pendent, hodie
erigimus atque erectum declaramus,
et in signum amoris et devotionis
erga Deiparam Virginem Mariam,
quae Associationi Nostrae materna
cura prospicere ac providere
nunquam destitit, volumus ut in
posterum Collegii Romani Sanctae
Mariae nomine decoretur.

Quo magis tandem hoc Collegium, in
servitium Sanctae Ecclesiae
constitutum, fructus opimos
producat, atque ibi Operis Dei
Sodales Sectionis Mulierum ita

animarum siti accendantur, ut pacem et gaudium seminantes, gentes quam plurimas suaviter atque efficaciter ad Dominum trahant, fervidas Deo effundimus preces et Beatae Mariae Virginis patrocinium enixe exostulamus.

Dabamus Romae, ex aedibus Domus Nostrae Generalis, die XII, mensis decembris, an. a rep. sal.
MDCCCLIII.

L + S Iosephmaria Escrivá de B.

A. de Fuenmayor, V. Gómez-
Iglesias y J. L. Illanes